

18

5
X3
7

PROGRAMMA, QVO **SILENTII**

QVIDAM COMMENDATO_ER_S

RECENSENTVR,

ET, QVOD

IN STEPHANE_O HALBERSTADIENSI

IPSIIS NON. DECEMB. A.C. MDCCXXXIX

HORIS CONSVETIS ANTEMERIDIANIS

ACTVS ORATORIVS

DE

LINGVA ALIISQVE MATERIIS

B. C. D.

HABENDVS SIT,

SIGNIFICATVR

A

M. IO. CHRISTOPHORO WVRZLERO,
STEPHANEI RECTORE.

HALBERSTADII LITTERIS FRIDERICIANIS.

АМЕРИКА
СИНЕМА
СОВЕТСКОГО КИНО
СОЮЗСИНЕМА
СОЮЗСИНЕМА
СОЮЗСИНЕМА
СОЮЗСИНЕМА
СОЮЗСИНЕМА

АК



etiam illi hunc quindecim saeculo, et interea non minus de
nunc ad id) annulis absumptis non loquitur. itemque extinguit
hunc etiam cingulum sicut (mille) menses sicut et id
etiam illiusque annis, et annos id in seculi mabanum inservi-
ent annosque illas, et libet illiusque annos sicut et annos
tuleros annosque illiusque annos sicut et annos sicut et annos
et annos et annos et annos et annos et annos et annos et annos



Resbyter ille, qui apud Hamburgenses
superiori saeculo floruit, Io. Balthasar
Schuppius, vir ingeniosus quidem et
musae paullo iocosioris, at cui laudem
prudentiae abiudicare non possis, in libello, qui Salomo,
sive, Speculum imperantium, Regenten-Spiegel, inscribitur,
ad I Reg. Caput III, occasione forte oblata, dicit, In acad-
miis professores constitui, qui iuuenes studiosos artem di-
cendi doceant: sed ex vsu fore, si professores etiam aleren-
tur,

tur, qui quartem silendi traderent. Nec absurde videtur existimasse. Quo enim verba fecisse, quam tacuisse, magis plerumque nocet: eo silentium etiam, quam eloquentia, creibius commendari et inculcari meretur. Ac sane silendi, quam dicendi, ars tanto pluris omnino duci debet: quanto maiori mortalium parti silere, quam loqui, difficilius esse, experientia satis superque docuit. Cittensi quidem Zenoni, Stoicorum qui pater fuit, laus ea tribuitur, quod linguae imperare potuerit. Qui cum aliquando Athenis (ibi enim in Stoa Poecile aperuerat scholam) cum philosophis aliis apud ciuem quemdam illius vrbis coenaret, atque Aegyptii regis, vnius ex Ptolemaeis, legati simul adessent: reliquis coniuictrum de philosophematis variis subtiliter disputantibus, et plus satis sapientiam ostentantibus suam, tacitus dicitur confesasse, nec ullum dixisse verbum. Interrogatus denique ab uno legatorum, Quidnam de te regi suo renuntiari vellet: Dicite, inquiebat, hoc unum, esse Athenis virum, qui in coniuvio sciat tacere. At quam rari sunt Zenones! Quam multi contra, exemplo qui suo confirmant, Chilonem, qui erat inter Graeciae sapientes, recte in rerum difficillimarum numero taciturnitatem etiam retulisse!

Non infructuosum profecto esset, si crebro eiusmodi doctoribus, seu viuis, seu mortuis, operam daremus, a quibus artis adeo pulcrae, adeo profuturae haurire possemus pracepta. Neutquam ego tantum arrogem mihi, eam ut artem

artem callere me dixerim, quam tota vita plerique discant,
 nec umquam satis se perdidicisse putent: tantum abest, ut
 eam profiteri publice audeant. Neutquam quoque in eo
 iam sum, verbis ut pluribus velim monstrare, vel quam fa-
 cile sermone promissimo delinquamus, vel quam difficilis
 sit virtus tacandi, vel quam tuta sit merces fideli silentio,
 vel quibus in rebus, quae sunt innumerae, virtus ea sit ad-
 hibenda. Sed quia de rebus huic materiae valde adfinibus,
 nempe de linguae commodis damnisque, et aliis, quae istuc
 possint referri, quidam discipulorum nostrorum crastina luce
 in publica Stephanei nostri solennitate sint declamaturi; huic
 loco minime alienum putaui, ex veterum scriptis quosdam
 insigniores silentii doctores in medium hic producere.

Primus ex Iudaeorum gente surgat Simeon, filius Gamalielis, eius, quo Paulus, CHRISTI apostolus, admodum
 adolescens usus est praceptor. Is enim, ut in Pirke
 Abboth refertur, sapientissime dixit, Nihil se totam per vitam
 obseruasse, quod homini magis expedit, quam silentium.
Quibus ille verbis quid innuere aliud, quid synagogae, quid
 aliis voluit magis suadere, quam linguæ frenos iniiciendos,
 eiusque habendas non facile esse laxandas?

Transeamus ex Palæstina ad vicinos Aegyptios, quo-
 rum sapientia olim illustris fuisse perhibetur: quam in silen-
 tii etiam commendatione expromere sunt conati. Ut enim
 dif-

difficiles eorum nugas omittam, litteras hieroglyphicas; e quibus hue pertinet persicus, arbor, quae fructum quidem habeat cordi, folium autem linguæ propemodum simile; quasi sermonem, qui fructus est intelligentiæ, sedem in corde, non in lingua habere, deceat: alio luculentiore symbolo, Harpocratis nempe simulacro, virtutem silendi laudarunt, et homines, eam ut sectarentur, taciti quodammodo voluerunt extimulare. Procul dubio fuit Harpocrates iste sapiens homo, qui et ipse norat tacere, et aliis, linguam ut continerent, subinde suaserat. At superstitione vetustas prouumine eum post mortem habuit, silentii deum dixit, et arborem illam eidem dedicauit: imo, ut ipsa eius effigies muta silentium indiceret, voluit. Hoc enim modo Harpocratis simulacrum, cuius reliquam speciem oboluam silentio, effigiabant, ut dextrae digitus index labiis adplicatus conspiceretur.

Aesopus etiam, Phryx, quamquam fabulator, tamen vir neutriquam stolidus, si modo umquam vixit, hoc referatur: qui, si vera est fabula, quam Maximus Planudes de Enno refert; huic ipsi Enno, quem filium adoptauerat, inter alia bene viuendi praecepta hoc etiam iniunxit, ut esset continens linguae.

Inter Graecos cum aliqui sapientes e septem illis, quos omnis et Graecia et orbis encomiis extulit, silentium laudauere: tum in primis Pythagoras, Samius natione, tandem vero

vero Italiae ciuis, celebratissimus ille silentii doctor. Hic vir non eos modo, qui in disciplinam eius recipi cuperent, ante omnia ἐχευθία illa famosissima imbuendos ac velut initian-
dos duxit; sed hos quoque, quos intra cortinam et sindo-
nem iam admirerat, etiam atque etiam studere silentio vo-
luit. Iungatur huius lateri Anacharsis, Scytha quidem, sed
in Graecia diu versatus, Graecisque sapientibus familiariter
vsus; qui dormiens deprehensus est dextram labiis impres-
sisse: quo gestu, linguam valido freno cōercendam, signifi-
casse putatus est. Plutarchus autem, et ipse graecus, ad-
modum scite: Oportet, inquit, linguam obturatam habere;
et ratione veluti obice, linguae opposito, identidem fluxum
eius lapsusque cohibere; ne stultiores anseribus videamur
esse, quos aiunt, cum e Cilicia transvolant Taurum mon-
tem, aquilarum plenum, singulos recepto in os iustae ma-
gnitudinis lapide, quo, tamquam freno aut claustrō, vocem
compescant, ita noctu latentes tacite transire.

Ac ne Romanorum, qui omnium mortalium cordatis-
simi quibusdam censemur fuisse, obliuiscamur: quam, quae-
so, venerabilis hic se nobis offert artium silendi praeceptor,
ipsius populi rex, Numa Pompilius! Quāquam enim silenti-
i commendatio eius, et Tacitae cultus, quam diuam habe-
ri volebat, ad sacras potissimum caerimonias videbantur
spectare: quin tamen ad omnem etiam vitam rex ille exten-
di voluerit circumspectum et cautum sermonis usum, non

ab-

absurdum forsitan videatur. Hoc certe Macrobius Saturnal.
Lib. I Cap. X scribit, Romanos Angeroniae, quam pariter
silentii deam habebant, istoque nomine insiniebant, quod
angores ac animorum solicitudines (quibus presi vix ac ne
vix quidem linguae temperant) propitiatam depellere cre-
derent, in facello Volupiae sacrum fecisse. Isque aliis prae-
euntibus addit, simulacrum illius deae ore obligato atque si-
gnato in ara Volupiae propterea collocatum fuisse, quod, qui
suos dolores anxietatesque dissimulent, patientiae beneficio
ad maximam voluptatem perueniant.

Sed, missis numinibus vanis, missis etiam sapientibus
inter gentiles silentii praceptoribus, ad viros coelesti adfla-
tos Numine, ad litteras sanctiores accedamus, audiamus-
que, de moderando linguae vsu quid ipse diuinissimus Spir-
itus per illos praecipiat, litterarumqae monumentis consi-
gnandum curauerit. Ex omnibus illis oraculis vero, quae
huc spectare videntur, duo sint instar omnium: unum, cum
Iacobus, CHRISTI legatus: Quilibet, inquit, homo ad lo-
quendum tardus esto; alterum sancti Petri, quem in priori
epistola scribere nouimus, Qui vitae (beatoris) fit cupidus,
ac felicia videre tempora velit, eum a malitia linguam cōer-
cere et labra a frandulenter loquendo, oportere. O si hoc
ipsum studiose obseruaretur! O si quilibet homo, quod Si-
racides sibi optabat, praefectam ori haberet custodiam, et
labris cautum sigillum, ne his delinqueret, seque sua ipsius
lingua perderet!

Clau-

Claudat denique agmen ipsa natura, prima illa et sapiens taciturnitatis praeceprix. Quae cum duas quidem homini aures, vnicam vero dumtaxat linguam, indulserit: quid aliud ipsa, immo quid DEVS, auctor naturae maxime prouidus, docere hoc pacto voluit, nisi, plura quidem audienda: ratius autem parciusque loquendum esse? Quorsum vero istud spectare videtur, quod instrumentum illud loquendi praecipuum duplii dentium serie, tanquam palis, dupliciti item labiorum velutivallo, circumsepta sit et munita? Profecto hac etiam ratione monere nos voluit omnium rerum sapientissimus opifex DEVS, temperantiae verborum omni modo studendum esse.

Tot ergo magistris vsi adolescentium ii, bonis qui litteris artiumque pulcherrimis operam nauant, tot, inquam, magistris vsi, ipsoque ab DEO, auctore et praeceptore grauisimo, instituti et moniti, discant tacere, vbi tacendum est. Habeant sibi commendatum Romanorum illud ST. Sileant taceantque inacroateriis, vbi est audiendum. Silentio studeant in museis, quae praeparationis, quae repetitionis, quae meditationis officinae debent esse, quaeque affidui studii officium ab ipsis requirunt. In omni denique vita silendum esse meminerint, nisi cum res, cum tempus, cum locus orationem postulabat.

Et nunc etiam sacrum solenne lycei nostri postulat, ut aliqui ex alumnis eius ad dicendum et colloquendum prodeant, hi nempe:

B

GOTT-

GOTTLIEB ERNESTVS POLLmann,

IO. FRIDER. LEMMER,

GEORG IOACH. KOHLI,

IO. CHRISTIAN. HEINEKE,

GVILIELM. LEBERECHT ZACHARIAE,

CHRISTIAN. LEBERECHT HESLING,

CHRISTOPH. HENR. VATKE,

GVILIELM. HENR. BVTTSTETT,

HENR. AVGVST. WAGNER,

EBERHARD FRIDER. HECHT,

LEVIN. AVG. PHILIPP. GESE,

IO. PHILIPP. MACHENAV,

IVLIVS BERNH. FRIDER. HECHT.

Quos adolescentes, aut acri industria, aut morum
 compositorum studio, aut, quod bonam de iis spem concepe-
 rimus, commendabiles, vt PATRONI scholae MVNIFI-
 CENTISSIMI, DOMINI nostri REVERENDISSIMI GRATI-
 OSISSIMIque, vt PROCERES patriae PERILLVSTRES,
 reliquique FAVTORES, suo quisque loco, Suspiciendi et
 Honorandi, vt ordo denique omnium eorum, qui litteras
 colunt, clementer, beneuole et peramanter audire velint,
 est, quod submississime precor et in votis vnice habeo. P. P.
 Halberstadii, Pridie Nonarum Decembrum, A. S. R.
 MDCCXXXIX,

Orb.

Ordnung und Inhalt der Reden.

- I. Christian Leberecht Heßling, aus Groß-Ovenstett, thut die Vorrede, und spricht darin von der gegenwärtigen Schufener.
- II. Levin August Gese, aus Oschersleben, Johann Philipp Machenau, aus Halberstadt, und Julius Bernhard Friederich Hecht, aus Halberstadt, halten ein Gespräch von Aesopus Leben und Tode.
- III. Wilhelm Leberecht Zacharia, aus Reinstett im Althaldischen, erzählt das Gute, das von der Zunge in Geistlichen Sachen entsteht, in einer französischen Rede.
- IV. Eberhard Friederich Hecht, aus Halberstadt, handelt von dem Nutzen der Zunge in Absicht auf andre Sachen.
- V. Johann Friederich Lemmer, aus Leizkau im Magdeburgischen, redet von dem Schaden, welchen die Zunge anrichtet.
- VI. Heinrich August Wagner, aus Kochstedt, handelt vom Pythagoras, und von dem Pythagorischen Stillschweigen.
- VII. Johann Christian Heineke, aus Wernigerode,
B 2
zeigt

zeiget in einer lateinischen Rede, welches die vornehmisten Sachen seyn, wovon Christen mit einander Gespräche halten können. Und weil darin unter andern auch diese drey Materien genannt werden, nemlich das Lob Gottes, der Kampf und Widerstand in Versuchungen, und die Betrachtung des Todes: so werden die drey folgenden dieselben in deutschen Oden darlegen.

XIX. *Wilhelm Heinrich Buttstett*, erzählt das Lob Gottes, und richtet sich dabei nach dem CIVten Psalm.

IX. *Georg Joachim Kohli*, aus Osterwick, zeiget nach des Thomas von Kempis Ersten Buchs XIIIitem Cap. von der Nachfolge Christi, wie man in Versuchungen und Trübsalen kämpfen und Widerstand leisten solle.

X. *Gottlieb Ernst Pöllmann*, aus Benzingeroode im Blankenburgischen, stellet, nach einer kurzen Vorrede, die Betrachtung des Todes vor, und bedient sich dazu ebenfalls des Thomas von Kempis in dessen Isten Buchs XXIIIstem Cap.

XI. *Christoph Heinrich Batte*, aus Oschersleben, beschliesset mit einer Dankrede.

Die Reden sind allesamt kurz.

Musik.

Musik.

Im Anfange wird gesungen.

TUTTI.

Höchster ! Dir sey Lob gesungen :
Unsre Seelen , unsre Jungen

Sind zu deinem Dienst bereit.
Deine Gnad hat uns erhalten :
Deine Wahrheit lässt walten
Über uns in Ewigkeit. D C.

Nach der achten Rede.

ARIA.

Regt euch , ihr innern Seelenkräfte,
Stimmt frisch mit Zung und Lippen ein.
J E H O V A H muss gelobet seyn.
Das ist das edelste Geschäfte,
Wenn man von GÖDE denkt , sagt und singt,
Und Ihm des Dankens Weihrauch bringt. D C.

Nach der neunten Rede.

RECITAT.

Gott ist und bleibt getreu :
Sein Gnadenbild steht wahren Christen bey.

Ver-

Versuchung hat er zwar bestimmt:
 Doch pflegt er sie nicht über das Vermögen
 Den Seinen aufzulegen ;
 Und macht, daß sie ein solches Ende nimmt,
 Daz man die Last ertragen kann.
 So faßt man denn mit Ihm die Bürde felig an.

ARIA.

Ich schicke mich, mein Kreuz zu tragen :
 Der Heiland wird mein Beystand seyn.
 Und solten tausend Wetter stürmen :
 So kann mich seine Macht beschirmen.
 Sein Wort spricht Muth und Trost mir ein.
 Drum will ich nicht am Sieg verzagen. D. C.

Nach der zehnten Rede.

RECITAT.

Noch bleibt es bey dem alten Bunde :
 Es folgt der Tod auf Sünd und Apfelsibz !
 Er bleibt nicht aus, die Ankunft ist gewiß :
 Doch ungewiß die Stunde.
 Wie thöricht handelt doch der auf der Welt,
 Der, ihn alltäglich zu betrachten,
 Nicht würdig scheint zu achten,
 Noch in der Zeit sein Haus bestellt ?
 Wie will er doch bestehen,

Wenn

Wenn ihm der Tod befiehlt mit fort zu gehen !
 Stellt dieser Schreckensfürst sich ein,
 Die matten Augen zuzudrücken :
 So möchte, sich zur Ewigkeit zu schicken,
 Vielleicht zu späte seyn.

ARIA,

O allerseligste Gedanken,
 Die man auf Grab und Sterben lenkt !
 Da wird man sich mit Ernst bekleissen,
 Den Geist dem Eitlen zu entreissen :
 Dann läuft man eifrig in den Schranken
 Zum Kleinod , das der Himmel schenkt. D. C.

Nach der Beschlus - Rede.

TUTTI.

Hilf uns , Gott , von Zions Hügeln,
 Und umgib mit Gnadenflügeln
 Ferner dieses Musenhaus !
 Fahre fort uns zu erfreuen !
 Schütte Segen und Gedeien
 Ueber alle Stände aus ! D. C.



163 (o) 862

163 (o) 862
Lieder der Kinder und Jugendlichen aus dem gesamten
Deutschland. Herausgegeben von der Deutschen Gesellschaft für
Kinder- und Jugendforschung unter Leitung von Dr. E.
H. Kästner. Band I. Berlin: Verlag von Julius Fritsch.

ALTE Lieder

163 (o) 862
Lieder aus dem ersten Jahrhundert des Christentums
aus der Zeit der Apostel und der ersten Kirche. Herausgegeben
von Dr. E. H. Kästner. Band II. Berlin: Verlag von Julius Fritsch.

163 (o) 862
Lieder aus dem zweiten Jahrhundert des Christentums
aus der Zeit der ersten Kirche. Herausgegeben von Dr. E. H. Kästner.

ALTE Lieder im Chor

163 (o) 862

163 (o) 862
Lieder aus dem dritten Jahrhundert des Christentums
aus der Zeit der zweiten Kirche. Herausgegeben von Dr. E. H. Kästner.
Band III. Berlin: Verlag von Julius Fritsch.



5. Dez. 1995

78 L 1245



ULB Halle

005 611 288

3





5

X3

7

PROGRAMMA,
QVO
SILENTII
QVIDAM COMMENDATORES
RECENSENTVR,
ET, QVOD
IN STEPHANEO HALBERSTADIENSI
IPSIIS NON. DECEMB. A. C. MDCCXXXXIX
HORIS CONSVETIS ANTEMERIDIANIS
ACTVS ORATORIVS
DE
LINGVA ALIISQVE MATERIIS
B. C. D.
HABENDVS SIT,
SIGNIFICATVR
A
M. IO. CHRISTOPHORO WVRZLERO,
STEPHANEI RECTORE,
HALBERSTADII LITTERIS FRIDERICIANIS.